

EPISTOLA

1. Phisic.  
t. 8.

non plura elementa. Sin prima principia considerētur, ea ne Phisico quidem permittit Aristoteles. Ait enim ὡς περὶ τῶ γεωμέτρῃ οὐκ ἐπιλόγῃ ἐστὶ πρὸς τὸν ἀνελεύοντα τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' ἤτοι ἑτέρας ἰσχυρῆς, ἢ πᾶσων κοινῆς, ἔτως ἂν τῶ πρὸ ἀρχῶν. An' nō ergo, qui attentārit principia, ἢ σὺ submotis pegrina alia inuehere conatus fuerit, Metaphisici personam, dictāte præclaro philosopho, induerit? Quod cum ita se habeat, nequaquam ea chymicarum partium facienda sunt. Heic tamen opinari quis posset rem unam eandemq; diversis licet disciplinis, teste quoque Averrhoide, subiecti loco subterni: nec absurdū fore, si ea principia quæ Chymica operatione prodeunt in lucem, methaphisica contemplationi adiudicentur. Id nos certè quidem non imus inficias: nec in hoc unum incumbimus, ut omnem gratiam principiorum ab artifice Chymia semoueamus. De illorū duntaxat ἑρῆσθαι καὶ συστάσθαι sermo nobis est, num ea Chymia debeat. Et quando negotium uniuersum tam liquidum est, ut longiori demonstratione non indigeat, reipsius veritatem paucis verbis comprehēsurī, dicimus, finem Chymia antiquitūs vel metallorum transfigurationem, vel remediōrum preparatio-

ratio-